

Studium Cardinalium Collegii pro emendatione Alumnorum loci scilicet 4000 scilicet sine a facultate sua oblati: & Vineam Card. Octobono in manibus sanctissimi dimissa.

§.2. Hinc propterea Congregatio Venerabilis Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei prepositorum, quae cogitare, & agere nunquam desinit ea, quae primordiorum Collegii, & Alumnorum bono profutura cognoscit, emptioni alicujus similis loci, seu Vineae propae, & extra Moenia Urbis, ubi Juvenes praedicti sanitatis, vel oblectamenti causa, quandoque recreari, & vires recipere valerent, pluribus ab hinc annis studiose incubuit, & Nos postremo ad hunc effectum scuta quatuor mille monetae Romanae obtulimus, ut ipsa Congregatio tot expensis Missionum praegravata ab hujusmodi incommodo sublevaretur, sed re ob nascentes passim difficultates hucusque protrahita, nam ubi inventa est opportunitas loci, & salubritas aeris, defuit voluntas Dominorum proprias Vineas alienare renuentium, & ubi prompta erat occasio, deficiebant qualitates ad indigentiam exoptatae. Dilectus tandem Filius noster Petrus Sancti Laurentii in Damaso nuncupati S. R. E. Diaconus Card. Orthobonus nuncupatus ejusdem S. R. E. Vice-Cancellarius, atque unus ex Cardinalibus praefatae Congregationis, adeo utilis, & salutaris deliberationis effectum ulterius differri non patiens, menti, ac intentioni nostrae, & dictae Congregationis adherens, necnon zelo propagationis Sanctae Fidei, & conservandae bonae valetudinis Alumnorum ad munus Apostolicum Divina favente gratia vocatorum ductus, Vineam in contrada Parioli in eminentiori situ extra muros praedictae Urbis positam aeris saluberrimi cum Palatio, & aliis Mansionibus de pertinentiis Monasterii Abbatiae nuncupatae S. Laurentii extra Muros praedictae Urbis S. Augustini Canonicorum Regularium, seu alterius Ordinis, cujus ipse Petrus Cardinalis Abbas, seu perpetuus Commendatarius ex Commenda ad sui vitam de praedicto Monasterio eidem Petro Cardinali alias Apostolica auctoritate facta existit, sponte obtulit, & re ipsa Vineam praedictam in manibus nostris sponte, & libere oretenus dimisit, cum reservatione tamen favore Abbatis, seu Commendatarii pro tempore existentis dicti Monasterii, ne eidem Monasterio ex dimissione praedicta magnum inferatur praedictum, alicujus perpetui Canonis, seu annuae responsionis, & cum aliis conditionibus nobis benevisis, & dicto Monasterio utilis.

Causa praesentis Congregationis.

§.3. Nos itaque, qui primordii Collegii, & Alumnorum ejus, quorum de praesenti numerus, comprehensus aliquibus Juvenibus Suetiae Regni, ad quadraginta septem, ut accepimus, ascendit, statum prosperum, & tranquillum intensis desideramus affectibus, ob laboriosum, quem ipsi in Vineam Domini praestituri sunt, famulatum, & propter uberem fructus, quos in Agro Militantis Ecclesiae haecenus produxerunt utiliter, ac producant, & in futurum producturos firma spe tenemus, ut iidem promptiores semper, alacrioresque ad sua officia in dies persolvenda reddantur, dignum arbitramur, & congruum sollicitudinis nostrae partes in id etiam adicere, per quod alicui honesto eorum sublevamini, & servandae corporum saluti consulatur; ea quippe est humanae naturae conditio, ut nisi animus remissione quadam rigorem intentionis suae interducat relevet, & relaxet, irremisso vigore lentescens spiritus, cum necessitas possit, virtuti

obsecundare non valeat. Spontaneam igitur aequae, ac piam dicti Petri Cardinalis oblationem, ac dimissionem praedictae Vineae, ut supra, in manibus nostris factam, & per nos motu proprio, ac de Apostolica potestatis plenitudine nuper acceptatam, denuo per praesentes acceptantes, & confirmantes, accedente tamen, quatenus opus sit, novo ipsius Petri Cardinalis consensu, eandem Vineam, una cum Palatio, Tinello, caeterisque mansionibus, & Aedificiis in quacumque illius parte positis, ac eandem Vineam totam, quanta est, intra suos notissimos fines, quos eisdem praesentibus, una cum praemissorum valore in proprietate, ac annuis fructibus, & redditibus, omnibusque, & singulis aliis membris, Juribus, & pertinentiis haberi volumus pro singillatim expressis, itaut specialitas illorum generalitati non deroget, in perpetuum. Motu proprio concedimus praefatae Congregationi de Propaganda Fide, illiusque fructus, redditus, & proventus, detracto infradicendo Canone, cum aliis illius fructibus d. Congregationi unimus, & ad commodum ejusdem Congregationis anneximus, & incorporamus, deque praefata Vineam, accedente, ut supra, dicti Petri Cardinalis, uti ejusdem Monasterii Abbatis, seu perpetui Commendatarii novo consensu, in perpetuum Congregationem praedictam, etiam pro sublevamine, augmento, & conservatione Alumnorum in praedicto ejus Collegio degentium, investimus; Canonem vero perpetuum, seu annum, & perpetuam responsionem eidem Petro Cardinali, quoad vixerit, & Monasterium hujusmodi obtinuerit, & cuicumque alteri ejusdem Monasterii Abbati, seu perpetuo Commendatario pro tempore existentis ratione concessionis, unionis, annexionis, & incorporationis praefatarum annuatim duabus aequalibus solutionibus; pro una videlicet in Domini N. Jesu Christi a proxime ventura incipiente, & altera medietatibus Canonis, seu responsionis hujusmodi in Sancti Joannis Baptistae immediate sequenti Nativitatum festivitatibus, & sic deinceps perpetuis futuris temporibus de anno in annum, ac de termino in terminum per Congregationem praefatam persolvendum, seu persolvendam in annis scutis centum monetae Romanae de juliis decem pro quolibet scuto, hujusmodi motu pari Apostolica auctoritate taxamus, & reservamus, ac taxatum, & reservatum, seu taxatum, & reservatum esse volumus, & decernimus, absque tamen ullo proferus onere solutionis laudemii, seu, ut dicitur, Entraturae, seu Capisoldi, necnon quinquennii, tam dicti Monasterii Abbati, seu Commendatario pro tempore existentis, quam aliis quibuscumque Personis, seu Collegiis Romanae Curiae, etiamsi speciali nota digna sint, etiam Officialibus Cancellariae nostrae Apostolicae quomodolibet debiti, a qua solutione, quatenus de jure deberetur, dictam Congregationem perpetuo motu simili eximimus, & absolvimus, & plenarie liberamus, adjecta quoque reciproca conditione respectu Congregationis praedictae, necnon Abbatis, seu perpetui Commendatarii dicti Monasterii pro tempore existentis, quod si ipsa Congregatio non perciperet ex dicta Vineam fructus annuae responsionis, seu annuo Canonis hujusmodi correspondentes, ac etiam detractis expensis, si nulli proferus fructus ex grandine, siccitate, aut alio quocumque infortunio, etiam non

Conce. sibi praed. Vineae.

Taxatio Canonis in scutis centis monetae Romanae de juliis decem pro quolibet scuto.

non cogitato, colligerentur, nihilominus ipsa Congregatio, ejusque bona ad integram annuam responsionem, seu integrum annum Canonem ut supra, taxatam, seu taxatum in perpetuum obligata sint, & ad Canonis, seu responsionis hujusmodi annuam solutionem teneantur, prohibita quacumque spe restauri, remissionis, seu reductionis Canonis, seu responsionis hujusmodi. Et e converso, quod si fructus ex dicta Vineam colligendi in quacumque summa, etiam ultra dimidiam, seu bessem, annuam responsionem, seu annum Canonem hujusmodi excederent, dicti Monasterii Abbates, seu Commendatarii pro tempore existentes nihil ultra pretendere possint, attento quod dimissionis a dicto Petro Cardinali, ut supra factae, totum commodum, ac beneficium ad Propagationis Fidei, & conservationis primo d. Collegii Alumnorum finem dirigitur, & hac lege, ac hisce conditionibus ad concessionem, & investituram hujusmodi devenerit Motu simili profitemur. Quibus salvis liceat eidem Congregationi, ejusque Ministris quocumque nomine nuncupatis corporalem dictae Vineae possessionem per se, vel alium, seu alios eorum nominibus propria auctoritate, absque spoliis, & attentatorum vitio libere apprehendere, & apprehensam retinere, ejusque fructus, & emolumenta quacumque colligere, exigere, levare, ac in suos, primo dictique Collegii, & Alumnorum in eo degentium usus convertere, cujusvis licentia desuper minime requirita.

Scuta 4000 ut supra oblata donantur pro fundatione Alumnorum Provinciae Albaniae.

§.4. Ac insuper, ut Congregatio praedicta gaudere possit commodo, & utilitate scutorum quatuor mille monetae praedictae per Nos ut supra oblatorum, volumus, eandem summam, quatuor mille scutorum monetae hujusmodi per Dilectum filium nostrum Josephum tituli Sanctae Mariae de Transpontina nuncupat, ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Sacripantem nuncupatum, & nostrum Prodatarium, ejusdemque Congregationis Praefectum, deponi in Banco dilecti filii Francisci Montihoni, seu Sancti Spiritus in Saxia nuncupati de Urbe ad creditum, & dispositionem ipsius Congregationis, ad effectum tamen investendi praetiam summam in tot locis Montium Cameralium non vacabilium, quorum fructus erogari debeant pro manutentione in primordii Collegio, seu praefato Seminario unius Adolescentis ex Provincia Epirii, vulgo Albania nuncupat, sub regulis, & Constitutionibus ejusdem primordii Collegii, seu praefati Seminarii recipiendi, & alendi, prout recipiuntur, & aluntur caeteri Alumni, qui ibidem de praesenti degunt, & educantur, sublata inter ipsum Alumnum Albanensem, & alios, quacumque proferus differentia, novumque hujusmodi Alumnatum caeteris usque modo erectis, & institutis motu pari adjungimus, & anneximus, dictique Alumni Albanensis nominationem pro tempore, quoties nominandi casus evenierit, postquam tamen sua studia compleverit Dilectus Filius Petrus Rozovick in dicto Collegio de praesenti degens, & Nostris sumptibus huc usque ibidem retentus, & educatus, ad ipsam Sacram Congregationem, in perpetuum spectare Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus iridem volumus, & mandamus.

Clausula.

§.5. Decernentes praesentes literas nullo

unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quopiam defectu notari, argui, aut in controversiam ad quorumvis instantiam adduci, seu via restitutionis in integrum, vel reductionis ad terminos Juris, aut alias quomodolibet revocari, impugnarive posse, nec ex eo, quod praemissa verificata non sint, aut quod ii, quorum interest, ad id vocati, & auditi non fuerint, easdem literas per subreptionem obtentas censeri, & propterea viribus carere, neque Congregationem praedictam, illiusque Ministros ad verificandum praemissa compelli, & teneri, neque ob id nullas, & irritas, ac nullius momenti esse, & fore censeri, sicque per quoscumque Judices &c. etiam Causatum Palatii Apostolici Auditores, ac praedictae S. R. E. Cardinales &c. sublata, &c. judicari debere &c. irritumque &c. attentari &c. non obstantibus nostrae, & Cancellariae Apostolice. Regula de Jure quaesito non tollendo, necnon Lateranensis Concilii concessionem perpetuas, nisi in casibus a Jure permittis fieri prohibentis, ac praedicti Urbani Praedecessoris, necnon recol. me. Symmachi, Pauli II., Pauli IV., & aliorum Romanorum Praedecessorum nostrorum de Rebus Ecclesiae non alienandis, ac Pii IV. de gratis Camerae Apostolicae interesse quomodolibet concernentibus in dicta Camera intracertum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis; itaut praesentes in ea praesentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, ac Beati Pii Quinti, felicis recordationis Sixti Quinti, & dicti Urbani Octavi, necnon Clementis Decimi, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum, etiam Praedecessorum Nostrorum super solutione Annatarum, & quinquenniorum quomodolibet editis, necnon aliis quibuscumque Apostolicis, etiam in Generalibus Conciliis editis, & edendis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Monasterii, & Ordinis praedicti, etiam Juramento &c. roboratis statutis, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Monasterio praedicto, illiusque Abbati, & Monachis, seu Canonicis Regularibus, eidemque Congregationi, ac primordii Collegio, seu praefato Seminario, illius Superioribus, & Personis, & aliis quibuscumque in genere, vel in specie, aut alias in contrarium, sub quibuscumque tenoribus, & formis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores Nostris, & etiam Nos, etiam motu proprio &c. concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus &c. etiam si de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permaneris ad praemissorum validissimum effectum motu, & scientia paribus specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis. Fiat motu proprio I. P. Et cum absolute a censuris ad effectum &c. & quod dictae Congregationis, seu primordii Collegii, vel Seminarii aliae concessionem, applicationem, & gratiae ei, illiusque Alumnis quomodolibet concessae habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, & de Vineam praedictae concessionem Congregationi hujusmodi, seu primordii Collegio, vel Seminario praedicto, necnon de assignatione, & donatione quatuor mille scutorum monetae hujusmodi, ad effectum

reinvestiendi, ut supra, sub lege tamen, & con- ditione fructus ex investimento hujusmodi pro- venturos integraliter erogandi, ut supra, nec non de perpetua reservatione Juris nominandi, & eligendi Alumnum ex Provincia Epiri modo, & forma superius expressis, cum Decreto, De- rogationibus, aliisque pramissis, ut supra, in literis latissime extendendis, & quod pramisso- rum omnium, & singulorum etiam denomina- torum, qualitercumque nuncupatorum situa- tio, aliorumque necessariorum major, & ve- rior specificatio, & expressio fieri possit in lite- ris in forma gratiosa, & cum clausula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, etiam per viam de Curia, ut vocant, seu per viam Secre- tam absque alio signo, vel contra signo, si vide- bitur, expediendis, seu si etiam videbitur, Vo- lumus, quod sola presentis Nostri Motus pro- prii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra, Regula quacumque contraria non obstante, quodque presentium transumptis, etiam impressis, & manu Datarii, seu Prodata- rii pro tempore existentis subscriptis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud, qua eisdem presentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostense: Fiat I. F. Datum Romae apud San- ctam Mariam Majorem undecimo Kalendas Ju- lii Anno Octavo cum decreto solius Signaturae, seu etiam expeditionis literarum per viam se- cretam, aut de Curia, & quod transumptis ma- nu Datarii, seu Prodatarii subscriptis fides ha- beat.

Die 27. Junii 1707. Eminentiss., & Reve- rendiss. Cardinalis Orthobonus S. R. E. Vice-Can- cellarius novum praestitit consensum ad formam dicti Motus proprii, ac omnia, & singula in eo contenta ratificavit, & approbavit, ut latius ex Instrumento stipulato per acta D. Petrucci Camerae Apostolicae Secretarii.

Ex factis quatuor mille per Sanctissimum, Dominum Nostrom Clementem XI. pro funda- tione Alumnatu Albanensis elargitis fuerunt empta loca 34. Montium, nampe 30. ex Monte Sancti Petri v. Erect. ut ex literis patentibus expeditis die 21. Julii, & loca quatuor Montis Restaurati Primae, & Secundae Erektionum ex aliis literis expeditis die 16. ejusdem mensis Julii MDCCVIII.

* Dat. 17. Julii 1708. An. 8.

CXV.

Damnatur, & prohibetur liber cui titulus: *Le Nouveau Testament en Francois &c. Vel: Abbrege de la Morale del Evangile &c.*

Const. ed: 1708, Maji 14, P. 8. damnatus fuit liber: *Traite de la puissance &c. Et Const: ed: 1710, Jan: 18, P. 10 damnatur: Le Mandament de l' Eveque de S. Pons.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

U Niversi Domini gregis cura humilitati no- strae celsitus demandata Nos urget, ut sa- crarum Scripturarum, quibus potissimum Ec- clesia Catholica pascitur, & nutritur, puritati, & integritati custodienda sedulo advigilemus, ac Christianidelium animas pretioso ejus sanguine

Exordium.

redemptas, pravis, atque fallacibus Docentium, quae non oportet, institutionibus decipi, aut a via veritatis abduci minime patiamur, salutaribus enim veterum Patrum documentis instrui- mur, perversa petulantium ingeniorum inter- pretatione de Evangelio Christi fieri Evangelium hominis, & in populi Dei seductionem, & exi- tium cedere, si praesertim pietatis obtentu offendi- cula parentur incautis, & catholicae veritati, velut zizania in medio tritici, mala semina mis- ceantur erroris.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, in lucem prodierit liber quidam Gallico idiomate impres- sus, & in plures tomos distributus, sub titulo: *Le nouveau Testament en Francois avec des reflexions morales sur chaque verset &c. A Paris 1699.* Ac aliter: *Abbrege de la morale de l' Evangile, des Actes des Apostres, des Epistres de S. Paul, des Epistres Canoniques, & de l' Apocalypse, ou Pen- sees Chretiennes sur le Texte de ces livres sacrez &c. A Paris 1693, & 1694. se vende a Bruxelles chez Eugene Henry Friex: ac pluries typis recusus fue- rit, non sine bonorum offensione, & ingenti animarum periculo propter ejus frequentem, etiam in variis Provinciis, lectionem, & usum, quemadmodum pariter ad Apostolatum nostrum multorum querela delatum est: Nos librum hujusmodi nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in sacra Theologia Magistris mature, ut rei gravitas postulare videbatur, examinandum commissimus, illi vero mandatis nostris obsequentes librum ipsum, post accuratam ejus discussionem, unani- mi consensu prohibendum esse censuerunt, ut- pote qui sacrum ipsum novi Testamenti textum exhibet damnabiliter, nec sine ausu temerario vi- tiatum, & alteri versioni gallicae dudum a fel- rec. Clemente PP. IX. Praedecessore nostro per quosdam suas in simili forma Brevis die XX. Aprilis MDCLXVIII. expeditas literas damna- te in multis conformem, a vulgata vero editione, quae tot saeculorum usu in Ecclesia probata est, atque ab Orthodoxis omnibus pro authentica haberi debet, multipliciter discrepantem, & aberrantem: Notas insuper, & observationes continet, habentes quidem speciem pietatis, sed ad virtutem ejus abnegandam subdole dedu- centes, in quibus passim occurrunt doctrinae, & propositiones seditiosae, temerariae, pernicio- sae, erroneae, alias damnatae, & Janfenianam haeresim manifeste sapientes: Hinc est, quod Nos creditum Nobis a Domino pastoralis cura, atque vigilantiae munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de eorumdem Cardinalium consilio, librum supra- dictum, sive pramissis, sive alio quovis titulo inscriptum, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione, haecenus impressum, aut in posterum (quod absit) imprimendum auctoritate Apostolica te- nore presentium damnamus, & reprobamus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianidelibus, etiam specifica, & in- dividua mentione, & expressione dignis sub po- na excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam (praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente) nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis benefi- cium*

Referuntur liber, & ejus damnationis causa.

Damnatio, & prohibitio d. libri cu man- dato illum- tradendi Or- dinariis, vel Inquisitoribus

cium valeat obtinere, omnino interdicens, & prohibemus. Volentes, & eadem auctoritate mandantes, ut quicumque librum hujusmodi penes se habuerit, vel in futurum quodocum- que habeat, illum statim, atque presentes li- terae eis innoverint, locorum Ordinariis, vel haereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent: In con- trarium facientibus non obstantibus quibuscum- que.

Clausula.

§.2. Ut autem eadem presentes literae om- nibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & au- thoritate praedicta decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae generalis in Monte Citatorio, & in Aede Campi Flore de Urbe per aliquem ex Curatoribus nostris, ut moris est, pu- blicari, illarumque exempla ibidem affixa relin- qui, ita ut sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fu- issent; Ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eam- dem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae haberetur ip- sis presentibus, si exhibita forent, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Ma- jorem sub Anno Piscatoris die XIII. Julii MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Det. 27. Julii 1708. An. 8.

CXVI.

Conceditur vox deliberativa Definitoribus ad- junctis Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia.

Hac vox concessa fuerat a Congreg. Episc. & Reg. & confirmata in Const. ed: 1708, Mar: 24, P. 3. Item conceditur Definitorio adjuncto Const: ed: 1714, Jun: 11, P. 14.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ab hoc Pon- tifice confir- matus fuit Decretum de voce delibe- rativa pro Definitoribus adjunctis.

LIas Nos in Causa Avenionen., seu Parisien. inter Dilectos Filios Clericos seculares Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia ex una, & quosdam particulares Presbyteros Pro- vinciae Parisien. ejusdem Congregationis ex alte- ra partibus vertente, ad supplicationem dilecti etiam filii Joannis Fallot Procuratoris Generalis dictae Congregationis Decretum infra scripte Cardinalium Congregationis, quo duobus Du- biis, primo scilicet an Decretum Capituli Gene- ralis anno 1705. Sess. 18. editum circa electio- nem Definitorum adjunctorum in locum Procuro- ratorum Generalium absentium, qui voce frue- rentur consultiva illis absentibus, & non aliter donec a S. Sede ipsis & deliberativa obtineretur tum in Definitorio, tum in Capitulo Gene- rali sustineretur in casu etiam, & quatenus affir- mative; ac secundo, an beneplacitum Aposto- licum pro voce deliberativa esset concedendum, ad utrumque affirmative responsum fuerat, to- to illius tenore inserto, auctoritate Apostolica

confirmavimus, & approbavimus, illicque in- violabilis Apostolicae firmitatis robur adjecimus, & alias prout in nostris desuper in simili forma, Brevis die 24. Martii proxime praeteriti expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

§.1. Cum autem, sicut dictus Joannes Pro- curator Generalis Nobis nuper exponi fecit, di- lectus etiam filius Anselmus Esptallier Clericus dictae Congregationis Doctrinae Christianae ad munus Definitoris adjuncti hujusmodi assumptus fuerit; Ipse vero Joannes Procurator Generalis, ne unquam futuris temporibus de validitate ele- ctionis praedicti Definitoris adjuncti, minusque de Beneplacito Apostolico pro eadem voce deli- berativa dubitari possit, electionem de persona dicti Anselmi Definitoris adjuncti per Nos con- firmari, illique, ac ejus ad idem munus pro tem- pore assumendis Successoribus vocem deliberati- vam concedi plurimum desideret.

§.2. Nos ipsum Joannem Procuratorem Ge- neralem specialibus favoris, & gratis prosequi volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, sup- plicationibus ejus nomine Nobis super hoc hu- militer porrectis inclinati de Venerabilium Fra- trum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, eidem Anselmo, ejusque in dicto Definitorio adjuncti officio successoribus vocem deliberativam, tam in Capitulo Gene- rali, quam in Definitorio cum omnibus privile- giis, & conditionibus in Decreto Capituli gene- ralis dicto anno 1705. Sess. 18. edito contentis, eadem auctoritate tenore praesentium concedi- mus, salva tamen semper in praemissis auctori- tate praedictae Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere, ac dicto Anselmo, aliisque ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissi- me suffragari, & ab illis respective inviolabili- ter observari: Sicque in praemissis per quoscum- que Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarem Palatii Apostolici Auditores, judica- ri, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Consti- tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec- non quatenus opus sit, Congregationis Doctrinae Christianae hujusmodi, aliisque quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qua- vis firmitate alia roboratis statutis, & consue- tudinibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomo- dolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse dero- gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Preces Procu- ratoris Gen: & causa novae Congregatio- nis.

Concessio d. vocis delibe- rativae juxta Decretum Ca- pituli Gen- 1705.

Clausula.

C Datum

Datum Romae apud S. Mariam Majorem... sub Annulo Piscatoris die XXV. Jul. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXVII.

Conceditur Fratribus Tertii Ord. S. Francisci Provincia Lugdunen. ut decedente Ministro Provinciali sex mensibus ante Capitulum, Vicarius Gen. non eligatur.

Ab Alex. VII. Const. ed. 1660, Feb. 16 statutum fuit, ut in praed. casu absque ulla restrictione eligeretur Vicarius Gen. At ab Inn. XI. similis huic praesenti concessio facta fuit Provincia Parisina. Inn. XII. Const. ed. 1693, Oct. 19, P. 3 extat resolutio quarundam dubiorum. Et hujus Pontificis Const. ed. 1718, Maji 14, P. 18 agitur de receptione Guardiani, & aliorum Officialium S. Mariae Miraculorum de Urbe.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, quatuor Definidores, & Exprovincialis Provinciae Lugdunenensis, sive S. Ludovici Tertii Ordinis S. Francisci totum, & integrum Diffinitorium constituentes, quod cum ipsi nonnulla inconvenientia ex executione quarundam literarum fel. rec. Alexandri Papae VIII. Praedecessoris nostri die 16. Februarii 1660. expeditarum, quibus electio Vicarii Provincialis casu obitus Ministri Provincialis demandatur, oriri posse animadvertentes, ex eo, quod in praedicto casu obitus Ministri Provincialis Exprovincialis curare debet, ut ad electionem Vicarii Provincialis modo in praefatis literis praescripto procedatur, & eventiente dicti Ministri Provincialis brevi tempore ante triennium sui officii elabendum obitus, coetum ad dictam electionem non tantum fore inutilem, verum perturbationes in praevia Provincia, moramque pro celebratione Capituli subsequenti allaturum esse, ad tollenda inconvenientia hujusmodi dilectio filio Cherubino a Lugduno Fratre expressè professò, & Procuratori Provinciae hujusmodi dederunt in mandatis, ut memoratarum Alexandri Praedecessoris literarum explicationem ab infrascripta Cardinalium Congregatione postulari, quatenus si in praedicto Ministro Provinciali obitus adventu, sex solum menses usque ad celebrationem sequenti Capituli Provincialis supersint, nulla in posterum electio Vicarii Provincialis fieri debeat, sed Exprovincialis, vel in ejus defectum alius, qui tunc sigillorum, & negotiorum Provinciae geret curam, Provinciam ipsam cum omnimoda Vicarii Provincialis potestate usque ad tempus Capituli celebrandi praefinitum gubernet, literasque obedientiales pro convocando eodem Capitulo, ad quos de jure accedere competit, transmitti, ceteraque omnia, quae de jure, & consuetudine sunt peragi curet, quemadmodum Provincia Parisina dicti Ordinis a pie me. Innocentio PP. XI. Praedecessore nostro concessum fuisse memoratur. Nobis propterea exponentes, & Cherubinus praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de

Causa hujus Constitutionis.

Preces Definitorii.

benignitate Apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur eisdem Exponentes, & Cherubinum specialibus favoribus, & gratis professus, ac in Romana Curia Procurator Provinciae B. Mariae Virginis de gratia nuncupat. in Indiis Occidentalibus Ordinis Eremitarum S. Augustini in Sacra Theologia Magister, quod alias videlicet die 3. Octobris proxime praeteriti dilectus etiam filius Adeodatus Nuzzi Prior Generalis Ordinis praedicti Decretum super nullitate Alternativa dictae Provinciae inter Religiosos Hispanos, in Europa, & Hispanos, ex alia parte in America natos Crioli vulgo nuncupatos ab aliis tunc existentibus Prioribus Generalibus Praedecessoribus suis in dicto Decreto emanatis praescripta edidit, tenoris, qui sequitur videlicet. §.1. Adeodatus Nuzzi ab Altamura Sacrae Theologiae Magister totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis Muneris nostri ratio exposcit, ut quae ad rectum Provinciarum regimen spectant efficaci sollicitudine promovemus, eaque omnia removere satagamus, quae in Provinciis ipsis providam, & fidelem bonorum administrationem, studiorum profectum, ac regularem disciplinam evertere, ac dissipare moliantur. Sine ex Alternativa in Provincia nostra Deiparae Virginis de Gratia novi Regni Granatenensis in Indiis Occidentalibus Hispanos inter, ac Criollos, ut vocant pro officio Provincialatus, Definitorum, & Visitatorum a Reverendissimo Praedecessore nostro Philippo Vicecomite sub die 23. Octobris anno 1649. instituta: & deinde a Reverendissimis pariter Praedecessoribus nostris Dominico Valvadorio sub die 4. Maji anno 1680., & Fulgentio Travallonio sub die 22. Januarii anno 1689. confirmata, quae tamen effectu suo caruit usque ad annum 1681., resistente usque ad tempus illud statuta Alternativa executioni Provincia, utpote, quae futura mala inde exortura optime praevidebat, nullum revera in laudatam Provinciam commodum, decorem nullum, quinimo gravissima detrimenta tam in temporalibus, quam in spiritualibus redundare non sine ingenti cordis nostri dolore experimur; nam cum ob parvum Hispanorum numerum eadem in Provincia commemorantium, qui ternarium aliquando non excedunt, quinque requisitis per Sacras Ordinis Constitutiones ad officia obtinenda praescriptis saepe saepius defuiti reperiuntur, eligi necesse sit ex vi memoratae Alternativa in Definidores, in Visitatores, & quod lacrymabilius est in Provinciales etiam, viros indoctos, indoctos, rerum agendarum inexpertos, nulla virtute probatos, & aliquando a propriis Provinciis exules, atque profugos, dictu inexplicabile est, quot, & quae damna miserrima Provincia sub talibus Superioribus constituta patiatur: Inde enim naturali quadam consecutione exoriuntur bonorum temporalium dilapidationes, literarum contemptus, ac Regularis disciplinae relaxatio: His propterea malis occurrere volentes, super quibus, ut opportune provideamus instantissime nomine Provinciae R. P. Magister Frater Augustinus Garzia de Galtes ejusdem Provinciae in hac Aula Romana Procurator nos urgere mature, dique in nostra Congregatione discussa,

Concessio praedicta.

Clausula.

Decretum Prioris Gen. 1707, Oct. 3. in quo pluribus exponitur causa revocationis Alternativa.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, praedictorum Ordinis, & Provinciae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die IX. Aug. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXVIII.

Confirmatur Decretum Magistri Gen. Eremitarum S. Augustini, quo revocatur alternativa in Provincia B. M. V. de Gratia in Indiis Occident.

Dat. 14. Aug. 1708. Ann. 8.

Hac alternativa instituta fuit 1649, & confirmata 1680, 1689, & executione mandata 1681. Const. ed. 1704, Apr. 19, P. 4. confirmata fuit alternativa in Provincia Portugalliae Const. ed. 1716, Oct. 26, P. 16. confirmatur alternativa in Lusitania & Algarbiis. Et Const. ed. 1713, Jun. 21, P. 13. agitur de electione Provincialium in Ind. Occident.

CLE.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Augustinus Garzia de Galves Frater expressè professus, ac in Romana Curia Procurator Provinciae B. Mariae Virginis de gratia nuncupat. in Indiis Occidentalibus Ordinis Eremitarum S. Augustini in Sacra Theologia Magister, quod alias videlicet die 3. Octobris proxime praeteriti dilectus etiam filius Adeodatus Nuzzi Prior Generalis Ordinis praedicti Decretum super nullitate Alternativa dictae Provinciae inter Religiosos Hispanos, in Europa, & Hispanos, ex alia parte in America natos Crioli vulgo nuncupatos ab aliis tunc existentibus Prioribus Generalibus Praedecessoribus suis in dicto Decreto emanatis praescripta edidit, tenoris, qui sequitur videlicet. §.1. Adeodatus Nuzzi ab Altamura Sacrae Theologiae Magister totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis Muneris nostri ratio exposcit, ut quae ad rectum Provinciarum regimen spectant efficaci sollicitudine promovemus, eaque omnia removere satagamus, quae in Provinciis ipsis providam, & fidelem bonorum administrationem, studiorum profectum, ac regularem disciplinam evertere, ac dissipare moliantur. Sine ex Alternativa in Provincia nostra Deiparae Virginis de Gratia novi Regni Granatenensis in Indiis Occidentalibus Hispanos inter, ac Criollos, ut vocant pro officio Provincialatus, Definitorum, & Visitatorum a Reverendissimo Praedecessore nostro Philippo Vicecomite sub die 23. Octobris anno 1649. instituta: & deinde a Reverendissimis pariter Praedecessoribus nostris Dominico Valvadorio sub die 4. Maji anno 1680., & Fulgentio Travallonio sub die 22. Januarii anno 1689. confirmata, quae tamen effectu suo caruit usque ad annum 1681., resistente usque ad tempus illud statuta Alternativa executioni Provincia, utpote, quae futura mala inde exortura optime praevidebat, nullum revera in laudatam Provinciam commodum, decorem nullum, quinimo gravissima detrimenta tam in temporalibus, quam in spiritualibus redundare non sine ingenti cordis nostri dolore experimur; nam cum ob parvum Hispanorum numerum eadem in Provincia commemorantium, qui ternarium aliquando non excedunt, quinque requisitis per Sacras Ordinis Constitutiones ad officia obtinenda praescriptis saepe saepius defuiti reperiuntur, eligi necesse sit ex vi memoratae Alternativa in Definidores, in Visitatores, & quod lacrymabilius est in Provinciales etiam, viros indoctos, indoctos, rerum agendarum inexpertos, nulla virtute probatos, & aliquando a propriis Provinciis exules, atque profugos, dictu inexplicabile est, quot, & quae damna miserrima Provincia sub talibus Superioribus constituta patiatur: Inde enim naturali quadam consecutione exoriuntur bonorum temporalium dilapidationes, literarum contemptus, ac Regularis disciplinae relaxatio: His propterea malis occurrere volentes, super quibus, ut opportune provideamus instantissime nomine Provinciae R. P. Magister Frater Augustinus Garzia de Galtes ejusdem Provinciae in hac Aula Romana Procurator nos urgere mature, dique in nostra Congregatione discussa,

nullum aliud remedium Provinciae saluti contentaneum adhiberi posse judicavimus, quam e medio tollere praedictam Alternativam nunc dictorum malorum causam quamvis ex fine Provinciae succurrendi a laudatis Praedecessoribus nostris prudenter institutam, & respectively confirmatam: Harum itaque serie literarum, nostrisque muneris auctoritate, nec non de consilio admodum RR. PP. memoratae nostrae Congregationis praedictam Alternativam a Philippo Vicecomite in Provincia nostra Deiparae Virginis de Granata novi Regni Granatenensis in Indiis Occidentalibus institutam, & a Dominico Valvadorio, Fulgentio Travallonio, aliisque forsitan Praedecessoribus nostris confirmatam irritamus, cassamus, & annullamus, prout irritam, cassam, & nullam esse, & fore volumus, decernimus, & declaramus: ac proinde damus, & concedimus, seu verius restitimus eidem Provinciae novi Regni Granatenensis plenam facultatem, quae ipsi de jure alias competit, sibi eligendi perpetuis futuris temporibus in Provinciale, Definidores, Visitatores, Priores, & reliquos Officiales sive ex Hispanis, sive ex Criolis eos viros, quos ad praedicta officia respective adimplenda in Domino judicaverint aptiores. Praecipimus vero omnibus, & singulis Nobis subditis in virtute Spiritus Sancti, & in meritum salutaris obedientiae, nec non sub rebellionis nostrae, privationis utriusque vocis, officiorum, & graduum, ac etiam excommunicationis majoris late sententiae ipso facto incurrende, quam hac una pro trina canonica monitione praemissa in his scriptis (sicut inviti) ferimus, aliisque nostro arbitrio reservatis poenis, ne ullo qualis colore, aut praetextu sint impedimento, quominus praesentes nostrae literae, quas firmas validas, & efficaces semper esse volumus, suos plenarios, & integros effectus sortiantur, & obtineant, irritum, atque inane declarantes quidquid super his a quoquam Nobis inferiore quomodolibet scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die III. 1707. Octobris Fr. Adeodatus Nuzzi Generalis Magister. Fr. Iosephus Marchetti Forofempronienensis Ordinis Secretarius.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Augustinus Garzia Procurator praemissa quo firmius subsistant, & ferventur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsius Augustini Garziae votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, suspensionibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti filii nostri Iosephi Renati ejusdem S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupati dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris perpenderunt, consilio, praesertim memorati Adeodati Prioris Generalis Decretum cum omnibus, & singulis in eo

Preces Procuratoris Provinciae.

Confirmatio relati Decreti.

contentis Auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementum; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXIX.

* Dat. 18. Aug. 1708. An. 8.

Declaratur, Collegium de Propaganda Fide in Urbe exemptum esse a Parocho S. Andreae de Fractis, cum nova concessione exemptionis, illudque Collegii Rectori, vel alteri subiciatur.

Ab Urb. VIII. Const. ed. 1627, Aug. 1, P. 4. erectum fuit hoc Collegium, eique concessa Privilegia. Et hujus Pontificis Const. ed. 1708, Jul. 21, P. 8. concessa fuit quadam Vincula.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter alia privilegia ab Urban. VIII. concessa extat exemptio a Vicario Urbis, & Parocho, quæ postea confirmata fuit.

Cum, sicut accepimus, licet fel. recor. Urbanus PP. VIII. Prædecessor noster per quasdam suas super Ereptione Collegii, seu Seminarii Apostolici de Propaganda Fide Urbani nuncupati de Urbe Anno Incarnationis Dominicæ MDCXXVII. Kal. Augusti Pontificatus sui Anno Quarto literas, inter alia dictum Collegium, seu Seminarium, illiusque Oeconomos, Rectorem, Ministros, Præceptores, & Alumnos pro tempore existentes, illorumque Domesticos, Officiales, & Ministros ab omni jurisdictione, tunc, & pro tempore etiam existentis sui, & Romanorum Pontificum Successorum suorum in dicta Urbe Vicarii in Spiritualibus Generalis auctoritate Apostolica, exemerit, ipsisque Collegio, seu Seminario, Rectori, Scholaribus, Præceptoribus, Magistris, Oeconomis, Officialibus,

Ministris, & Personis, quibuscumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, gratiis, & indultis, quibus alia Germanicæ, Anglicæ, & Græcæ Nationum Collegia in Urbe prædicta instituta, illorumque Rectores, Scholares, Præceptores, Magistri, Oeconomi, Officiales, Ministri, & Personæ quovis modo utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant, & possent quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed æque principaliter, & pariformiter in omnibus, & per omnia uti, & gaudere valerent, dicta auctoritate indulerit, adeoque eidem Collegio vigore Indulti hujusmodi, ac insuper nonnullorum Decretorum die 29. Aprilis, ac die 12. Augusti MDCXLVII. a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Propaganda Fidei præposita editorum, & a rec. mem. Innocentio Papa X. Prædecessore pariter Nostro approbatorum, exemptionem a Parocho, ac Jus Sepulturae pro Alumnis, & Ministris ipsius Collegii intra illius septa degentibus, ac administrandi illis Sanctissimæ Eucharistiæ, etiam pro Viatico, ac Extreme Unctionis Sacramenta, iuxta aliorum Collegiorum prædictorum pacifica possessione exemptionis, & Juris hujusmodi gaudentium, consuetudinem, competere dignoscatur; Nihilominus modernus Parochus, seu Rector Parochialis Ecclesiæ Sancti Andreae de Fractis nuncupata de eadem Urbe Ordinis Fratrum S. Francisci de Paula Minorum etiam nuncupatorum, nuper sequuto obitu quondam Joannis Pastrii præfate Congregationis Cardinalium, Ministri, litem dicto Collegio coram dilecto Filio nostro in Urbe prædicta Vicario in spiritualibus Generali super consignatione cadaveris dicti Joannis, & emolumentorum Parochialium, moverit, emanato desuper quodam Decreto provisionali, ac sequuto pariter quondam Josephi Zambecchini alterius ejusdem Congregationis Ministri, qui in seculari, & Collegiata Ecclesiâ Sancti Eustachii de dicta Urbe, in qua Canonice, & Præbendam, dum viveret, obtinebat, sepulturam sibi elegerat, obitu, quartam Funerarium, & alia Jura Parochialia prætererit, ipsos Joannem, & Josephum, licet uti Ministri hujusmodi, ac intra Collegii prædicti septa defuncti nullatenus ei subessent, inter cæteros Parochianos suos absque ulla distinctione recensendo. Hinc est, quod Nos litem, & causam hujusmodi dirimere, ac ne ulla alia similes controversiæ dicto Collegio in posterum inferantur, providere, eidemque Collegio specialem gratiam facere volentes, nec non litem, & causam eandem statum, & merita, ac dictum Decretum provisionale, nominatim, & cognominatim, ac qualitates Judicium, & colligantium, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & specificatis habentes, de Congregationis nonnullorum ex dilectis Filiis Romanæ Curie Prælati super hoc negotio specialiter deputata consilio, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, litem, & causam hujusmodi in statu, & terminis, in quibus de presenti reperiuntur, a predicto Vicario nostro, aliisque Judicibus quibuscum-

Et tamen in controversia vocata fuit a Parocho in Tribunali Vicarii Urbis.

Avocatur licet a Romano Pontifice, & indicitur perpetuum silentium

eumque ad Nos harum serie avocamus, illasque perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper tam moderno, quam pro tempore futuris dictæ Parochialis Ecclesiæ Rectoribus, seu Parochis, aliisque quibuscumque silentium imponimus, osque occludimus.

Declaratio exemptionis, jusque novæ concessio, & subjectio Rectori Collegii, vel alteri deputando, non tamen quoad Sacramentum Matrimonii.

§.2. Præterea Collegium, seu Seminarium prædictum, ejusque Ministros intra illius septa degentes, a quibusvis Juribus Parochialibus exemptos esse tenore presentium decernimus, & declaramus, & nihilominus ad majorem cautelam idem Collegium, seu Seminarium, ac omnes, & quoscumque illius Ministros, & Officiales, Rectorem, Magistros, seu Lectores, Alumnos, & Convictos, nec non Famulos, & alios præfate Cardinalium Congregationis, ac ipsi Collegio quomodolibet inservientes, intratamen ejusdem Collegii, ac illius Palatii septa degentes, a Parochia, seu Parochiali Ecclesiâ prædicta, dictoque moderno, ac pro tempore existente illius Rectore, seu Parocho, vel Vicario Curato, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earundem tenore presentium perpetuo eximimus, & plenarie liberamus, eosque sic exemptos, & liberatos moderno pariter, & pro tempore existenti dicti Collegii Rectori, seu alteri ab eo, vel a dicta Congregatione Cardinalium deputando, in his, quæ ad administrationem Sanctissimæ Eucharistiæ, etiam pro Viatico, ac Extreme Unctionis Sacramentorum prædictorum, aliisque omnibus, quæ ad Animarum curam spectant, penitus, & omnino subicimus, ita ut cura Personarum sic exemptarum ad Rectorem Collegii, seu deputandum hujusmodi privative quoad prædictum Parochum (excepta dumtaxat administratione Sacramenti Matrimonii quoad Officiales, & alios inservientes, qui hactantum ratione Parocho, & Parochia prædictis subsint) tam super administratione omnium aliorum Sacramentorum, quam Jure sepeliendi in Ecclesiâ dictæ Congregationis Cardinalium, absque ulla quarta, vel aliorum Jurium Parochialium, etiam in alia Ecclesiâ Sepultura electa fuerit, solutione, spectet, & pertineat, ac spectare, & pertinere debeat, non secus ac si Palatium, & Collegium prædicta extra limites dictæ Parochiæ sita, & ab ea prorsus dismembrata essent, ipsæque Collegii Rector unicuique, ac verus, & proprius earundem Personarum intra ambitum Palatii, & septa Collegii commorantium, & ut præfertur, inservientium Parochus existeret. Quapropter dicto moderno, & pro tempore existenti Parocho distrius inhihemus, ne in posterum se in præmissis ingerere, ac desuper Collegium, seu Seminarium, ac Personas, & Rectorem prædictos, seu eorum aliquem molestare audeat, quovis modo, seu presumat.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem presentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod dictus Parochus, seu alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet præterentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, seu alias specialis, & individua mentione digni, illis non confererint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causa, propter quas eadem presentes literæ emanarint, adductæ, specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque

quantumvis, justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos Juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas presentes literas, & in eis contenta hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, & alios quolibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, & in Conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Parochialis Ecclesiæ prædictæ, aliisque quibusvis sub quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem Parochiali Ecclesiæ, dictoque illius Rectori, seu Parocho, aliisque quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac pluries innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Aug. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Udum feliciter: Clemens Papa X. Praeceptor noster supplicationibus tunc existentis Ministri Provincialis Provinciae Aquitaniae antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia nuncupatorum Superioribus Regularibus, ad quos cateroqui juxta praescriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinebat, ut Discretum, & Juvenes ad magnum Conventum Parisien., prout ante quorundam in forma Brevis literarum expeditionem consueverant, studiorum causam mittere possent, & valeret, facultatem concessit, & impartitus fuit, prout continetur in ipsius Clementis Praeceptoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur videlicet:

§.1. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Culliens Minister Provincialis Provinciae Aquitaniae Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia nuncupatorum, quod a multis annis per quasdam Literas Apostolicas in simili forma Brevis expeditas, ad instantiam tunc existentis Ministri Provincialis dictae Provinciae nomine Joannis Jourdain, prohibuit fuit, ne Discretus, & Studentes ejusdem Provinciae ad magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod regularis observantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam praedictam transactis studiis redeuntes ab ipsa regulari observantia aliquo modo declinarent. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, reformatio in praedicto Conventu Parisien. a dilecto filio Ministro Generali Ordinis praedicti jam laudabiliter feliciterque introducta reperitur, cessetque proinde talis praetextus, neque simile periculum amplius sit timendum, & propterea dictus Felix Minister Provincialis Provinciam praedictam in suum jus, quo ante emanatas Literas praedictas pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Discretum, & Studentes more solito ad eundem Conventum Parisien. concedi plurimum desideret, & pro juris hujusmodi restitutione jam a praedicto Ministro generali in partibus tunc existente decreto ad hunc effectum facit expeditum: Nos ipsius Felicis Ministri Provincialis votis, hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dicti Ministri Generalis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos cateroqui juxta praescriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad praedictum Conventum Parisien., prout ante praenarratum in forma

Constitutio Clem. X. qua Superioribus Provinciae reditum fuit juxta mittendi Discretum, & Juvenes ad Conventum Parisien., in quo jam vigeat regularis disciplina.

CXX. Mandatur, ut Festum Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae de Praecepto ubique observetur.

In XII Const. edit. 1693, Maji 15, P. 2 mandata fuit ubique recitatio Officii, & Missae cum octava.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commisisti Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus officii exigit ratio, ut gloriosissime Virginis Dei Genitricis Mariae, cujus Conceptio gaudium annuntiavit universo Mando, venerationem, & cultum, plurimum Romanorum Pontificum Praeceptorum nostrorum more, ampliare studentes in terris, illius, quae super Choros Angelorum exaltata pro populo Christiano sedula exoratrix apud eum, quem genuit, assidue intercedit in Caelis, potentissimam opem, in tot tantisque, quibus promur, Christianae Republicae, & Catholicae Ecclesiae necessitatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, promereri jugiter satagamus. Sincera itaque nostra erga eandem Augustissimam Caeli Reginam, Patronam, Advocatam nostram devotione incitati Festum Conceptionis ipsius Beatae Mariae Virginis Immaculatae ubique Terrarum in posterum ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, sicut alia Festa de Praecepto observationis Festorum comprehendit, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, praecipimus, & mandamus.

§.1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Decemb. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Nono.

CXXI.

Statuitur, ut executioni mandetur Constitutio Clem. X. de facultate mittendi Discretum, & Juvenes ad Conventum Parisien. FF. Minor. de Observ. pro Superioribus Provinciae Aquitaniae Antiquioris Ordinis.

Laudata Constitutio hic refertur, & ed. fuit 1671, Oct. P. 3. Item hujus Pontificis Const. ed. 1705, Sep. 28, P. 5 concessa fuit hac facultas. Et Const. edit. 1710, Jan. 21, P. 10. confirmantur Regulae Collegii Sancti Bartholomaei in Insula de Urbe.

Exordium.

Mandatum praedictum.

Clause.

Dec. 18. Dec. 1708. An. 9.

forma Brevis Literarum expeditionem consueverant studiorum causa mittere possint, & valeant facultatem auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & impartitur. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Literis praedictis, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Octobris MDCLXXI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Causa praesentis Constitutionis, & praesentis exprovincialis.

Saturum mandandi executioni relationem.

Clause.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Philippus Faure Ex-Definitor Generalis, & Exprovincialis dictae Provinciae Nobis nuper exponi fecit, in praedicto Conventu Parisien. a tunc pariter existente Ministro Generali Ordinis praedicti reformatio introducta fuerit, necnon ibidem regularis observantia de praesenti vigeat, ac proinde praesentibus Literas hujusmodi, quae ob quasdam controversias tamen inde secutas executioni demandatae minime fuerunt, per Nos confirmari plurimum desideret. Nobis propterea dictus Philippus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum pariter filium Procuratorem Generalem Ordinis praefati audiverunt, consilio, praesentibus Clementis Praeceptoris Literas, tamen illa executioni demandatae non fuerint, ut praefertur, nihilominus executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia servari posse, & debere, auctoritate Apostolica, tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Consti-

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesentibus Clementis Praeceptoris Literis concessa sunt, non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Decembris MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Nono.

CXXII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Reg. de ratione habenda solius meriti in electionibus Fratrum Min. de observ. Reformat. Provinciae S. Didaci Papien.

Decretum 1709, An. 9.

In XII Const. ed. 1694, Apr. 7, P. 5 statutum fuit, ut Procurator Gen. eligatur in Capitulo Gen. Et hujus Pontificis Const. ed. 1717, Sep. 7, P. 17 agitur de electione Visitatorum pro Provincia Conceptionis B.M.V. Fluminis Januarii.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita pro Declaratione Rescripti alias nempti sub die 5. Martii 1693. in Causa Fratrum Provinciae Sancti Didaci Papien. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupat. facti feliciter, quod nihil innovandum esset quoad divisionem, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = In Causa Minorum Reformatorum Provinciae Sancti Didaci pro declaratione Rescripti alias facti sub die 5. Martii 1693. tenoris sequentis = Nihil innovandum quoad divisionem = Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, reasumptis, ac visis juribus, & scripturis datis sub dicta die quinta Martii ad relationem, clarae memoriae Eminentissimi Petrucci, ac mature perpensis rationibus adductis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, & declaravit, Decretum anni 1693. esse intelligendum, itaut nulla habeatur ratio Nationum, & aequalitatis Definitorii, sed solum meriti eligendorum. Romae 21. Februarii 1709.

Decretum praed. 1709, quo declarata fuit quoddam Rescripti ant. 1693 in causa petite divisionis.

Preces nonnullorum Fratrum.

§.1. Cum autem, sicut dilecti filii nonnulli Fratres dictae Provinciae Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & promptius executioni mandetur, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium aucto-

Confirmatio relati Decreti aucto-